



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

64. Fer. 2. De duobus comitibus D. Iesu dolore & amore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Io. ut vitam habeant, & abundantius habent
 Veni D. IESV, ut vitam habeam, & abundan-
 tius habeam, imo & abundantissime
 beam; quæ nulla morte exauriri possit,
 eadem leni semper fluat agmine; sit vivaci-
 sima, sit tacite labens, ut aquæ Siloe in silen-
 tio fluentes: Ut flamma sursum temperan-
 dens, non strepens, nec fumans, ut ignis ca-
 lestis, ipsique cœli semper se moyentes sin-
 strepitu. Ut à vinculis peccatorum redimam
 vincitos; vitam æternam det mortalibus, fi-
 lios hominum Filios Dei faciat, ac hæredes
 suos autem cohæredes: Abscondat vita
 nostram cum Deo immortali, ad quem mor-
 non habet accessum: Ignem concupiscentia-
 rum extinguat, ignem amoris sui ut oleum
 accendat. Ut quasi cum lacte omnem Pauli
 ac Matris ingenuitatem, veritatem, & simi-
 litudinem sugam, dum eum in SS. Eucha-
 ristia sub accidentibus, velut Reliquiari inclu-
 sum, suscipio: Cujus una in parte inter spi-
 cas & vites insculptum: **DEVS verus**: in alto:
Confirratione: qui à D. Gertr. nomigatu:
Vaper amoris. L. 3. c. 10.

MEDITATIO LXIV.

Feria 2. Dominica Sexages.

De duobus comitibus D. IESV, dolere

& amare,

A. 11.

Avidam Amorem Musicæ magistrum,
 & abut
 fflimè ha
 possit,
 t vivaci
 e in silen
 nper ten
 gnis ca
 nces sin
 redimim
 ibus, h
 æredes
 e vita
 m mon
 scientia
 oleum
 i Pauli
 & simi
 achari
 inclu
 ter spi
 n alto
 gatini.

Vdiam Amorem Musicæ magistrum,
 cantantem; & sicut amori profano semper adjunctus est dolor, sic Dominum videbo stipatum gaudio, & dolore. Petam comitatu ejus jungi.

Conf. 1. Quod Passio Christi ut malum naturale, poena legalis debita peccatis nostris, sit lugubris: quia omnia continens ab omnibus fuit derelictus. Innocentia rea: Gloria infamis: **D**evus debitor: Dominus servituti subjectus: Solamen universi usque ad mortem contristatum: Impassibilis super vires passus, & præ cruciatibus emortuus. Lætitia cordis spoliavit se, lumine honoris, salute corporis, decore aspectus, thesauro vitæ, qui erat vita, pulchritudo, salus, gloria, & omne gaudium; quæ exinanitio gignit necessariò dolorem majorem Angelis pacis amare flentibus. Adeò fuit Passio Christi completa malis, quorū non est numerus: Malis, non peccatis: sed pro quibus ut satisfaceret, mala illa suscepit, peccata autē non satisfaciunt, sed aggravant. Cōpatior Dñ. tot poenis immerso.

Conf. 2. Quod Passio Christi considerata ut Evangelium, seu bonum nuntium, ut liberatio generis humani, ut destructio operum diaboli, peccati, mortis, inferni, ut acquisitione venie, gratie, gloria; quia exmerito Christi omnes electi scripti sunt in Libro vi-

104 Feria 3. Dom. Sexages.

tæ: Tale necessariò gignit gaudium, ut ipsi
Dominus vicinior morti, tantorum bonor
matri, lætus, more Cygni, hymnum dixerit
Et Hymno dicto exierunt, Marc. 14.

*Conf. 3. Quomodo Passio Dominica me
impellat ad sui lætiam imitationem: Per ipsi
enim Deus iratus ad mitiora super nos mo
vetur consilia pacis: hæc est compendiosio
ad æternam beatitudinem via: Hæc ad supre
mum totius perfectionis fastigium certa se
mita: Hæc ad Deum contemplandum du
trix, ex cuius contemplatione debere no
Deo omnia, & adhuc plura cognoscimus.*

MEDITATIO LXV.

Feria 3. Dom. Sexages.

De Contentione.

Aspiciam & audiam de majoratu contem
dentes, & à Domino reprehensos. Petam
agnoscere, & evitare vitium contentionis.

*Conf. 1. Contentio est concertatio, seu pu
gna verborum cum desiderio vincendi, sive
simulato, sive vero. Hæc facillime incurri
tur, & inter discipulos orta est: quia Dominus
ex hominibus migraturo oportebat aliquem
vicem ejus gerere, & aliorum principē fieri.*

*Conf. 2. Quomodo eos pius Magister non
initæ contentionis arguat, sed formam hu
militatis, quam sequantur, describat: Vos an
tem*